

mitem me præbens, in tetim dum domum repetebant, audiebant Davidis orationem probantes, eisque sententiam præoptantes. Erant verò, qui censebant contrariam opinionem præiudicio non damandam, sed expectandam an Timocles cras aliquid dicturus esset. Hæc sunt ob quæ vos convocavi, non exigua ò Dii, si pergenderis omnem nobis honorem, gloriam & proventum ab hominibus esse petendum. Qui si crederint, nullos omnino esse Deos, aut si sint, res tamen humanas nulla eorum providentia gubernari, nec facta, nec dona, nec honores ex terra sunt, expectanda: & frustra in cælo sedebimus fame laborantes, festis illis diebus, celebratiis, certaminibus, sacrificiis, nocturnis ludis, pompisque privati. Super tantis itaque rebus, aio oportere nos omnes consilium comminisci, quo à præsentibus periculis liberemur, & Timocles veriora dicere visus, vincat: at Damis ab autoribus derideatur. Non enim proflus confido fore, ut vincat per se Timocles, nisi à nobis, subsidium accedat. Pronuncia, Mercuri, præconium illud quod lex edicit, ut surgentes consulunt. Merc. Audi, tace, ne turbes. Quis fumorum Deorum, quibus licet verba vult facere? quid rei est; nemo furtig, sed cuncti quiescitis rerum propositum magnitudine obstupefacti?

Mont. At vos sic multis tellus stetit & unda. Verum ego si mihi verba facere cum libertate concederetur, multa, Jupiter, habere dicenda. Jup. Confidenter dic, ò Mome. Nam aliquid in communem utilitatem videris propositurus. Mon. Proinde audite, Dii omnes, ex animo, quod ajunt. Ego enim omnino expectabam res nostras in eam difficultatem delapsuras, multoque hujusmodi Sophistas nobis suppullulaturis, à nobis ipsius sua audacia causam sumpturos. Nec sanè per æquitatem, æquum est irasci Epicuro, nec ejus discipulis, & discipline successibus, si talia de nobis senserunt. Quid enim de nobis sentire ipsos quisquam putet, cum tantam in vita perturbationem cernunt? Bonos quidem, negligi paupertate morbis, & servitute consumi: verum homines omnifecere contaminatos, honore, & divitiis priores esse, & meliorem imperare: sacrilegos autem non puniri, sed delitescere: Infonte autem interdum cruce affigi, & subitus cædi. Quæ cum videant, jure de nobis ita sentiunt, ac si nihil omnino fumus. In primis verò cum oraculorum effata audierint,

Ut magnum imperium trajecto destruet Hale, C quibus non declaratur sitne hoc ipsius, an hostium. Rursus: Nam Perse puto, & Græci, uxorum plures erant. Rursus, cum ex Poetis audiunt nos amare, vulnerari, servire, vinculis, obstringi, seditionibus turbari, innumeris molestiis implicari, præsertim cum beati, & immortales esse contendamus: quid aliud quam nos jure deriderent, & floccifacere? Porro nos indignè ferimus, si qui homines non profus vacordes hæc arguunt: nostramque providentiam rejiciunt, cum potius non contentos esse oporteat, si qui adhuc hæc facta faciunt nobis hunc in modum errantibus. Hic verò mihi, Jupiter, soli enim fumus, nec homo quidam in cætu adest, præter Herculem, Bacchum, Ganymedem, Æsculapium acripitios istos, cum veritate responde, Num aliquando tantam hominum curam suscepisti? ut expendere quinam illorum mali, qui boni sint? hoc non aulis dicere. Ego nisi Theseus Trezene Athenas profectus, maleficios in itinere excidisset, quantum ad te, tuamque providentiam attinet, nihil obstat, quo minus viverent, viatorum cælibus D infolentes Sciron, Pityocampes, Cercyon, alique innumeri. Aut nisi Eurytheus homo; cum iustus, tum providus singulari humanitate impulsus, singulis apud quoque diligenter exploratis, hunc famulum suum emisisset, hominem manu promptum, factique strenuum, & ad labores obeundos alacrem, ò Jupiter, tu Hydram, Stymphalidas aves, Thracios equos, & Centaurorum contumeliam, ac petulantiam parum curasses. At si vera profiteri oportet, sedemus, hoc tantum observantes, an aliquis sacrificet, & aras adoleat. Porro res cætera secundo flumine feruntur, ut unaqueque fortuito distrahatur. Itaque meriti hæc patimur, & patiemur amplius: cum homines paulatim emergentes, animadverterint sibi nihil prodesse, quòd facta offerant, & libamina nobis mittant. Deinde brevi videtis irridentes Epicuros, Metrodore, & Damidas: videlicet, & jugulatos ab ipsis patronos hosc nostras. Quare nostratum esse partium talia cæpta compescere; & medicari, cum ea isti in tantum provexerint. Momo autem non magnum impendit periculum, si non honoratur. Neque enim olim in eorum censurâ numero, quibus honos habebatur, re-

bus vestris adhuc florentibus, vobisque sacrificiorum fructum percipientibus. Jup. Hunc quidem, ò Dii, negari sinamus, qui E semper asperum, & oburgatorem se præbet. Est enim, uti dixi, admirandus ille Demosthenes, per facile criminari, infestari, & reprehendere cuius volenti. Sed consilium dabo, quo rebus præsentibus succurrat, prudens revera consultor esse. Quod vos alii, probè serio, etiam hoc tacente, facietis. Nept. Ego quidem præter alia, ut scribis, sub undis versor, & in profundo marinam Kemp. administro, solus pro virili parte natamen, quia eos etiam curo, qui hic adsunt, dico hunc Damini esse è medio tollendum, prius quam ad contentionem veniant, aut fulmine, aut alia quapiam machina, me disputando vincat quandoquidem, ut ais Jupiter, est disertus. Quo facto ipsis ostendemus, nos de illis fumere supplicium, qui hæc in nos loquuntur. Jup. Ludis, Neptune, an proflus es oblitus? Nihil enim tale in nostra potestate est situm. Verum Parca factum unicuique decernunt, alii ut fulmine, alii gladio, alii felle, alii tale occidat. Etenim si id meæ facultatis fuisset, scilicet sacrilegos illos invisum fulmine ò itos ex Olympia digrediri nuper, de tonsis mihi duobus cincinnis, utroque sex magnam pondus? Aut tu ipse negligisses in Cerefo Orestem illum piscatorem, qui tibi tridentem surripiebat? Præter indignari videbitur hoc facto perturbati, & Damidis pertimescere sermones, emaque ob rem hominem summovere, non expectata ejus cum Timocle disputatione. Itaque quid aliud quam indicta causa vincere se videbitur? Nept. A qui via compendium ad parandam victoriam ego à me excogitatum arbitrabar. Jup. Apag ineptum hoc consilium, Neptune, & magnopere crassum, ut ad versariam ante pugnam tollamus, quo invitius moriarur, relicta in ambiguo disputatione. Nept. Proinde aliud præstantius excogitate, si mea consilia sic reputatis. Apol. Si nobis quoque juvenibus, atque adhuc imberbis per legem liceret concionari, forsitan aliquid ad hanc consultationem utile dicerem. Mom. Certe, Apollo, de rebus adeò magnis instituitur consultatio, ut in ea non ætatis, sed communis omnibus bonario proponatur. Lepidum enim est, si in extremum periculum adducti, de legum potestate anxie disputaremus. Cæterum tu jam omnino legitimus es concionator, cum jam olim ex ephesibus egressus, & in duodecim Deorum tabulam relatus, & ferè Saturni tempore in consilio fueris. Quare noli erga nos te juveniler gerere: G sed tuam sententiam animo confitendi pronuncia. Neque te pudeat, quòd imberbis concionaberis: præsertim cum filium habes Æsculapium tam promissa barba insignem. Quin etiam te decubit, nunc maxime, quòd in te est sapientig exhibere, nisi fulsit, cum Mulsis philosophorum in Helicon sedes. Apol. At, ò Mome, tuum non est, sed Jovis hæc mandata dare. Qui si jussit, forte aliquid loquar non interditi, sed quod cum mea in Helicone exercitacione conveniat. Jup. Dic, ò fili, nam injungo. Apol. Timocles ille, vir bonus, & pius videretur, & Stoicorum doctrinam exquisitè caller: quòd fit, ut ad docendam philosophiam cum juvenibus converteretur, nec mercedem exigam inde colligat, adeò est disertus, cum privatum apud discipulos diceret. Cæterum cum apud multitudinem dicendum est timidissimum animum, vulgarem, barbaramque linguam profert, unde in cæcibus irrident, cum non cloquatur, sed balbutiat, & perturbatur. Quomodo se habet, in primis quando speciem laudandæ edere gestit. Etenim est intellectu acutissimo, subtilissimo ingenio, ut ajunt, qui Stoicorum doctrinam melius callent. Quæ autem dicit, exponit, ea præ imbecillitate corruptipit, & confundit, H quid sibi velit non declarans, sed ænigmatibus familia proponens, rursus etiam multò obscuriora ad interrogaciones respondens. Porro auditores, cum non intelligant, cum irritant. Dicendum autem est peripicue, & hoc in primis providendum diligenter, ut auditores dicta intelligant. Mom. Rectè quidem hoc dixisti, Apollo, quòd eos laudasti, qui peripicue loquuntur: quamquam id non admodum in oraculis vis observare soles, tu obliqua, & intricata reddis, & in mediis intercepta demum tunc proiciis plerumque, ut ad eorum expositionem auditores alio egeant Pythio. Sed quid ad hoc effertis consilium? quo remedio Timocles in dicendo impotentis succurrendum? Apol. Si potissimum, ò Mome, patronum aliquem alium præbere, ex iis, qui pro rei dignitate dicendi facultatem habent, & expugnare possunt, quæ apud se meditantur suggesterint. Mom. Hoc dictum est revera imberbis juvenis: cui it adhuc pedagogo opus, patronum in conventu philosophorum sistere, præsentibus interpretaturum, quæ Timocle, vasa fuerint, autem

autem præsentem, & per se loqui. Hunc verò actore utentem, A in aurem illi privatum susurrare, quæ placet, & actorem verò perorare, qui quod audit fortasse non intelligat. Quomodo hæc non videretur ridicula multitudini? At hoc aliter constituamus. Tu verò admirande (Nam te vatem quoque ais esse nec mediocrem mercedem hæc arte collegisti, quin etiam lateres auquosolim accepisti) cur non in tempore nobis speciem edis tux artis, prædicens uter philosophorum disputatione vincet? Nam tu, qui vates es, eventum nosti. Apol. Qui hæc facere possim, ò Mome, cum nec tripodem in præsentia habeam, nec thymiamata, aut divinum fontem, qualis est Castalius? Mon. Videlicet? refutationem aufugis, cum jam in augurio confingetis. Jup. Dii tamen, ò fili, nec Lycophantæ huic anas præbeas calumniandi, resque tuas subfannandi, tanquam in tripodem, aqua, & thure sitas, quas nisi habeas, arte priveris. Apol. Satius erat, ò pater, hæc Delphis, & Colophonem facere, ubi omnia. At tamen illi desituit instrumentis conabor prædicere utrius futura sit victoria. Quod caperetis, nisi carmine responsum darem. Mom. Dic, sed peripicue tantum Apollo, quæ neque patrono, neque interprete indigant. Etenim non ovillæ carnes, aut testudo in Lydia B conquirat: verum scis, quæ de re sit consultatio. Jup. Quid tandem dices, fili? Nam hæc præcedunt oraculum, & jam sunt formidanda; color est immutatus, oculi mobiles, crispata coma, motus corporis furibundus. Denique numinis afflatu, terricula, & mysteris plena sunt omnia. Apol. Percepit fatiæci gens divam oracula Pbanî. Lite super dura, quam constituit Sophista Clamofis, solidit tuis sermionibus ambo. Hinc, atque hinc malis alterno clamore tumultus, Summa quidem spissa terrent afflustria fivæ, Locustam ad curvo vultur cum præderit ungue, Imbriferæ clangent cornices ultima: vincunt Mali: sifius feriet velocia pignora cornu. Jup. Cur hoc, Mome, excepisti cachinno; atqui ridicula non sunt, quæ nobis impendunt. Define infelix: risu suffocaberis. Mom. Qui non moveat mihi risum, Jupiter, tam clarum, & apertum oraculum? Jup. Quin igitur, & nobis interpretaris, quidnam sibi velit. Mon. Adeò liquida hæc sunt, ita ut nihil Themistocle fit opus. Siquidem adeò peripicue dicit oraculum, hinc quidem esse præfignationem: Nos verò clitelarios ainos, & mulos, qui credamus ipsi non tantum habentes prudentiam, quantum locustæ. Herc. Ego verò pater, quamquam sum iniquissimus, non tamen meam sententiam exponere verborum. Cum autem ad disputandum convenirent, tunc si superet Timocles, disputationem procedere sinamus. Sin res secus efferit, tunc ego si videtur concussam porticum in Damidem immittam, ne homo execrandus in nos insoleat. Mon. Hercules, heu Hercules! quàm immane, & Bæotico consilium proposuisti, ut tot boni cum malo pereant: præterea porticum cum Marathone, Miltiade & Cynagiro? Et quomodo tot collapsis rhetores amplius declarent, maximo ad orationes argumento privati? Præterea, cum vivebas, tale quid facere poteras. Sed ex quo factus es Deus, puto te dedisse, res hujusmodi duntaxat in potestate Parcarum esse sitas: carum esse nos expertes. Herc. Nunquid, cum Leonem, aut Hydram interfeci, Parca illud per me fecerunt? Jup. Maxime. Herc. Et nunc si quis injuriam mihi inferat, aut templum meum compilando, aut statuum subvertendo, ò nisi id mihi decreverunt Parca, ipsum non communicavi? Jup. Nequaquam. Herc. Ergo me cum libertate, quæ sentio D dicentem audi. Jup. Ego enim, ut ait Comicus, rusticus sum qui ligonem, ligonem voco; Herc. Si res vestre sic se habent: honoribus, nidore, & sacrificiorum sanguine longum valere jus sis, in eum descendam, me nudum arcum labentem, saltem mortuorum umbræ pertimescent propter feras à me trucidatas. Jup. Euge teste, quòd ajunt, domo adductum. Conservasti igitur ista Davidi ad dicendum subiectis. Sed quisnam est iste, qui tam properè accedit, æneus, pulchris literis ornatus, scite circumscriptus, cui præfata more legata est coma? Tuus potissimum frater est Mercuri. Agoræus ille, qui stat ad Pæcilen. Proinde puer refertus est, cum à statuariis quotidie refingatur. Quid ò puer, cursu ad nos contendisti? num aliquid novi è terris renuntias? Hermagoras. Ingens quiddam, ò Jupiter, & quòd summam requirit diligentiam. Jup. Dicit jam si quid aliud ortum sit, quòd nesciamus. Hem. Cum ad porticum jam fabricarier æneus, Ac perque dorsum, perque pectus ungeret, L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

Fabulæque inepti corpori thoriæ meo Appenderet, nec arte dispartari foret, Ex are totus additus mihi balbeus, Turbam video tumultuantem accurere. Qua cum duo soppifici certaminis Dant periti fronte tristi, ac pallida, Pugiles, Damis, &c. Jup. Desine, Hermagora optime, tragicis verbis loqui: Novi enim quos dicis. Sed mihi dic, ac jam diu contentionem commiserint. Hem. Nondum. Nam in velitatione adhuc versabantur funda jaculantes, & eminus sese mutuis convitiis impetentes. Jup. Quid ergo nobis faciendum reitit ò Dii? an non inclinatio in ipsos capite auscultandum? Itaque horæ pefulum jam admittant, & abactis nubibus cæli portas aperiant. Herelè quanta multitudo ad audiendum contendit! At non valde mihi placet, quòd Timocles iste trepidat, & turbatur. Omnia hodie perdet: & manifestum est ipsum, ut cum Damide pugnet non surrecturum. Sed quòd nobis est facillimum, vota tacite pro ipso faciamus nobiscum. ne inaudiat. Timocle. Quid ais, Damis facile, Deos non esse, nec hominibus providere? Dam. Mimimè. Verum dic mihi prius, qua ratione ipsos esse perfusus es, Tim. Non dicam. Dam. Non: sed tu Jup. Hoc multò melius agit noster, quòd vocalis exasperatur. Euge Timocles obstrepe convitiis. Nam in hoc fita est victoria. Nam aliqui obturato ore te pifcem reddet. Tim. At per Minervam, non respondebo tibi prior. Dam. Ergo Timocles interroga. Hoc enim saltem obmullisti, cum iraveris: sed sine convitiis si placet. Tim. Rectè dicis. Ergo dic mihi. Annon, ò scelerate, Dii tibi videntur providere? Dam. Nequaquam. Tim. Quid ais? Hæc igitur omnia nulla providentia reguntur? Dam. Nulla. Tim. Neque Universitatis cura penes ullum Deum est? Dam. Non. Tim. Cuncta igitur impetu fortuito feruntur? Dam. Maxime. Tim. Hæcne fertis auditores, & seclertum hunc lapidibus non obruitis? Dam. Car homines in me incitas, Timocles, aut quis es, ut pro Diis indigneris, idque cum non indignetur ipsi? qui olim audientes, saltem si audiunt, nullo malo me effecerunt. Tim. Audiam, Dam, audiunt, & re aliquando postea ulciscuntur. Dam. Equando ipsis contra me vacaret, cum tot, ut ais, sufficant negotia, & rerum quæ sunt, in mundo infinitam multitudinem regant? Itaque nec te, quòd semper pejerat, puniverunt. Nec propter alia: ne præter pactum maledicere cogar. Nam non video quonam alio argumento majore suam providentiam de monstrare possent, quam si te malum malè perdidissent. At certum est eos peregrè esse profectos, ultra Oceanum fortasse, & inculpatos Æthiops. Solent enim ad eos crebro ire commessatum: interdum etiam non vocati. Tim. Quid ad tantam impudentiam tibi dicerem, Dam! Dam. Nimirum illud, quòd jam dudum ex te audire cupio, qua persuasione credideris Deos providere. Tim. Id mihi rerum primus ordo persuasit. Sol qui idem iter semper conficit, eodemque modo Luna, & tempestatum mutatio, & plantarum procreatio, & animalium generatio, horumque ipsorum tam elegans compositio, ut alantur, moventur, cogitent, incedant, fabilem artem, & futuristicam exerceant. Atque id genus alia, mihi Providentia videntur esse opera. Dam. Tu quidem Timocles, quæstionem corripis. Nondum enim liquet, an horum unumquodque Providentia perficiatur. Cæterum quòd hæc sunt, nec ipse negaverim. Non tamen illicò necesse est credere, ea aliquo consilio fieri. Contingit enim, ut hæc incepta sint, nunque similiter, eodemque modo constituantur. At tu ordinem eorum necessitate appellas. Deinde scilicet indignaberis, si quis te non sequetur, cum ea, quæ sunt, qualia sunt, enumeres, & H putes hæc demonstrasse, horum unumquodque immutari Providentia. Itaque juxta Comicum hoc subfrivolum est: aliud mihi dicito. Timocle. Equidem existimo alia præterea demonstratione non esse opus. Veruntamen dicam, ac responde. Homerus videret tibi fuisse Poeta præstantissimum? Dam. Maxime. Timocle. Proinde ipsi credidi, Deorum providentiam declaranti. Dam. Certe, vir admirande, Horum bonorum quidem fuisse poetam omnes tibi confitebuntur: sed veracem rerum hujusmodi testem, neque illum, neque alium ullum poetam concedent. Neque enim veritatem, ut puto, curant: sed demulcere auditores, intendunt. Propterea verbis occidunt, fabulis personant, omnia denique delectandi causa moluntur. Libenter autem ex te audierem, quibusnam Homeri dictis potissimum ad hoc credendum sis adductus. Num iis, quæ dicit de Jove, ut perfidias ipsum vincere voluerint filia, & frater, & uxor ejus? Bbb 4 Ac

Ac nisi Briareum secerfivisset Thetis, facinus miserata, nobis correptus ille Jupiter optimus fuisset vinculis obstrictus. Pro quibus, beneficii memor, ludic Agamemnonem immisso fallaci somnio, quod multi morentur Graeci. Videlicet? Non enim poterat immisso fulmine Agamemnonem ipsum comburere, nisi deceptor videretur. An illa re potissimum adduxerunt, ut crederes, cum audiebas à Diomede vulneratam Venetrem, deinde Minervæ iustu Martem. Aliquanto verò post congressi Dii singulati certamine promiscue, cum masculi, cum feminae, pugnarunt: in quo Pallas Martem ut accepto à Diomede vulnere infirmiore superat. Contra Laronam stabat Cyllenia proles: An quæ de Diana dicuntur visa tibi sunt fidei digna? ut cum querimonia indignata est, quod ad convivium Oenei non fuisset vocata: quam ob causam aprum ingentem, & invicti roboris in regionem ipsius immisit. Nunquid Homerus hæc dicendo tibi persuasit? *Jup. Papæ!* quanto à Dii turba Damin collaudans exaltavit! Noster verò manet habitundus. Quare metuit, & subtrepidat, & manifestum est fore, ut scutum abiiciat. Jamque circumspicit, qua elapsus aufragiat. *Tim.* Num neque Euripides tibi videtur sani quicquam dicere, cum introductis in scenam Diis, indicat bonos heroes ab ipsis servari, malos verò propter impietatem, qualis tu es, puniri? *Dam.* At, o generosissime philosophorum Timocles: si tibi hæc persuaserunt Tragicæ poeta: necessum est ex his duobus alterum consequi, ut aut Polum, & Aristodemum, & Satyrum tunc putes esse Deos, aut Deorum personas ipsas, & cothurnos, vestes aut pedes ut deo demissas, chlamydes, manicas, ventalia, corpuscula, aliaque quibus illi tragœdiani exornant: quod ego maxime ridiculum arbitror. Nam, cum perse, nulla necessitate adactus, suam in fabulis sententiam dicit, liberè loquentem audies.

Urbis supernum, simul & immensum æthera, Terram haudis circumtenentem in brachiis, illum Jovem arbitrate, nec non hunc Deum.

Et rursus,
Jupiter, is, qui Jupiter est: non enim nisi ex fama novi.

Et id genus.
Tim. Proinde omnes homines, gentesque decipiuntur, cum Deos esse putant, eorumque dies festos celebrant. *Dam.* Bene Timocles in memoriam mihi revocasti gentium opinionem: unde potissimum intelligi possit, nihil habere certi ea, quæ de Diis perhibentur. Nam multa est dissensio, & alii aliud opinantur: Seythæ Actinaci sacrificant, Thracæ Zamolaidi fugitivo homini, qui Samo ad ipsos venit: Phrygæ Lunæ, Æthiopes diei, Cylleni Phœletii, Afyrii columbæ, Persæ igni, Ægyptiæ aquæ. Nam omnibus Ægyptiis communis est aqua. Privatim autem, Memphis bos est Deus, Pelusioti cepa, alii Ibis, aut crocodylus, alii cynocephalus, aut felis, aut simia. Præterea vitacim, alii Deus est dexter humerus, alii qui regionem adversam incolunt, sinister: alii dimidium caput, alii fictile poculum, aut catinus. Quomodo hæc, o bone Timocles non sint ridicula? *Mon.* Nonne dicebam, o Dii, hæc omnia in propositum ventura, & fore ut accurate examinarentur? *Jup.* Dicebas, o Mome, & rectè objurabas, atque hæc corrigere conabor, si præsens periculum evitarius. *Tim.* At tu, o Deorum inimice, oracula, & rerum futurarum prædictiones, cujus opus esse dices? nome Deorum, eorumdemque providentiæ? *Dam.* Nihil dicas, vir optime. de oraculis, siquidem ex te queram, cuiusnam illorum mentionem facere velis potissimum. Nam illius quod Lydo Pithius reddidit? quod quidem profusus anceps erat, & biceps: quales D sunt quedam Mercurii imagines, duplices, & utrimque similes, ad utramlibet illarum partem te verteris. An potius, Crætas trajecto Hale, suum quam Cyri imperium evertet. Atqui non paucis talentis præditus ille Sardinianus, ambiguum hoc dictum emit. *Mon.* Hæc ipsa, o Dii, vir iste commemorat, quæ maxime pertimescebam. Ubi nunc est festus ille noster ci-tharædus? ad hæc resellenda descende. *Jup.* Tu nos mactas, o Mome, cum nunc intemptive nos reprehendas. *Tim.* Vide, quid facias, scelerate Dami, ipsa Deorum templa, & aras oratione tua proponendum subvertis. *Dam.* Non omnes saltem aras Timocles. Quid enim ex ipsis mali accidit, si suffitibus, & suavis odoribus sint plenas? Verum Dianæ aras, quæ sunt in Tauris, libenter viderem funditus everfas, in quibus virgo tam suavis epulis gaudet. *Jup.* Hoc unde nobis insuperabile malum ostrepit, quam nulli Deo parcat hic vitæ: sed ex plastro liberè loquitur.

Ordine corripimus fontem, insontemque perinde.
Mon. Atqui paucos Jupiter, à culpa immunes inter nos invenies

Et forsitan progressus ille ex supremis alique offendat. *Tim.* Neque, o Deorum impugnatore Dami, Jovem ipsum audis tonantem? *Dam.* Quomodo tonitru non audirem Timocles? Verum antonct Jupiter, melius scire possis, cum pro Diis adveniens. Nam qui ex Cræta veniunt, nobis alia narant, nempe ibi sepulchrum ostendi, & columnam istare, quæ indicet Jovem non amplius tonare posse, cum jam pridem sic mortuus. *Mon.* Equidem hoc ego ab homine dictum ita jam dudum sciebam. Cur igitur palluisti, Jupiter, & præ tremore dentes concutis? Confidendum est, & contemnendi tales hominuculi. *Jup.* Quid dicis Mome, esse contemnendos? Non vides, quam multi audiant, & ut in sententiam contrarios adducti sunt, & in aures revincti à Damide abducuntur? *Mon.* At tu Jupiter, cum volueris ipsos omnes demissa catena aurea ipsa cum terra sustolles, Oceanoque. *Tim.* Dic mihi, scelerate, nunquamne navigasti? *Dam.* Immo sæpè, o Timocles. *Tim.* Numquid ventus id temporis incidens in carbasia, & implens navigia, vos ferebat, an verò remiges? ceterum unus ad gubernaculum sedendo, navim servavit? *Dam.* Maxime. *Tim.* Nonne navis progredi non potest non gubernata, & universitatem hæc sine gubernatore, sine duce ferri putas? *Dam.* Euge, Timocles, prudenter, & potenter exemplo hæc demonstrasti. At, o Deorum amanantissime Timocles, gubernatorem illum vidisti, nunquam non utilia excoGITANTem, eaque ante tempus parantem, & nautis imperantem. Navis autem nihil inutile, nec ad rem non pertinentes habebat, quod usui non esset ipsis. Hic verò tuus gubernator, quem magne huic navi præfidere vis, ejusque connata, nihil cum ratione, nihil ex dignitate ordiant. Sed forte rudens in puppim protenditur, & pedes ambo in proram. Interdum aureæ sunt anchoræ, cheni-ficus plumbus: & navis inferius est picta, superius deformis. Ex ipsis etiam nautis cernere est hunc pigrum, inertem, & ad opera meticolosum, dupliciarium aut tripliciarium: illum ad natandum impigrum, & ad insiliendum in antennis facilem, ac rei cuiusque utilis gnarum? hunc exhaurientiæ duntaxat sententiæ destinatum. Eadem etiam in vectoribus videre licet, verberonem alique in prima sede sedentem ad gubernatorem, & honoratum: & alium cinædum, aut parriedam, aut facilem summis honoribus potentem, & summa navis occupantem: multos verò spectatæ gratiæ in angustum scaphæ locum in imo compressos, qui à revera deterioribus calcantur. Ergo cogita, quomodo navigarit Socrates, Aristides, & Phocion, quibus non satis opum erat ad victum: neque taper nudis tabulis ad sentinas pedes extendere poterant. Contra quantis bonis Callias, Midias, & Sardanapalus molliter uti sine, & sibi superiores consueverunt. Tali in hæc navi accidit, Timocles sapientissimè. Idcirco infantia naufragia. Verum si quis est præfectus gubernator, videtur, & ordinatè singula, primam quidem non ignorat quinam ex navigatoribus boni sint, quinam mali. Deinde cuique pro meritis convenientia distribueret: locum meliorem melioribus iuxta se sursum, & deterioribus deteriorum deorsum. Et convivas meliores, & consiliarios fecisset. Atque alacri quidem nautæ, aut curanda prora, aut muri defensionem demandaret: aut omnino aliis præponeret. Ignavi autem, & legnis caput quoticidie quinquies sine cæderetur. Quare, o admirande, tuum istud navis exemplum periclitatur corruere, quippe quod malum gubernatorem nactum est. *Mon.* Res certe Damidi secundo flumine procedit, plenisque velis fertur ad victoriam. *Imp.* Rectè, o Mome, judicas. Nihil enim validi Timocles commisit: sed communia hæc, & quotidiana quæ omnia facile reselluntur, alia aliis infundit. *Tim.* Proinde, quoniam nam exitem, plura tibi visum est non admodum validum, ad factam, quod dicitur, anchoram & quam nulla machina rumpes. *Jup.* Quidnam didicisti? *Tim.* Videas an consentanea hæc colligam, & an ea evertere possis aliqua ratione. Si sunt aras, sunt etiam Dii. Atqui sunt aras, Ergo & Dii. Quid ad hæc dicitis? *Dam.* Si prius ad factam rem nesciro, tibi respondebo. *Tim.* Ad videns nunquam ridendi. finem facturus: attamen effare, quod pacto ridiculum tibi videatur, quod dixi. *Dam.* Quod non sentias, tuam anchoram quantumvis sacram à tenui filo pendere. Nam conjunctis his duobus, Deos esse, eò quod sunt aras, existimas, te nondum firmum fecisse. Itaque cum dicas te nihil firmius habere, quod proponas, jam abeamus. *Tim.* Ergo te videtur confiteris, qui prior abis? *Dam.* Maxime, Timocles. Tu enim ut ii, quibus vis infertur, ad aras confugisti. Itaque per factam illam anchoram, tecum, etiam super aris, pacifici volo, nos hæc de non amplius disputaturos. *Tim.* Hæc in me cavillaris, tumulorum effosor, scelerate, excedande, verbero, flagitiosè. Nescimus enim, quo patre sis natus: sed ut tua mater meretricem agebat, & ut fratrem occidisti, mæcharis, & adolecentes corruptis gulosissime, & impudèntissime. At ne arrepta fuga prius didiceras, quam à me plagas acceptis. Nam te quovis scelerate condemnatum, jam hæc testa frangam. *Jup.* Alter, o Dii ridens ardet: alter sequitur affatim ingendo convicia, Damidè debentem non ferens, & videtur ipse testam in caput impacturus. Verum nos in hoc negotio, quid faciemus? *Merc.* Illud mihi rectè dixisse videtur. Comicus.

Nihil passus es mali, si tibi non attribuas.
Etenim quam ingens est malum, si pauci homines in hæc sententiam adducti abeunt? Sunt enim multi, & plures, quam Graeci, qui in contrariam eunt, vulgus, plebs, barbarique omnes. *Jup.* At, o Mercuri, præclarum est illud, quod de Zopyro dixit Darius. Quare & ipse mallem, unum hujusmodi, qualis est Dami, auxiliatorem habere, quam sexcentis Babylonibus imperare. *Titulo Jovis Tragœdi.*
Lucianus: Ita me amet caelestis Jupit, ut nihil tale in te fiet. *Tri.* Amplius poterat terreficisti me, cum Jovem dejerasti, quid enim ille etiam ulcisci, etiam si fidem jurjurandi transgrediaris? Arbitror enim, neque de Jove isto tuo ignorare. *Cri.* Quid ais? an non poterit Jupiter in tartarum præcipitare me! An ignoras, quod deos omnes deiecit à divino illo ætheris pavimento? & Salmoenem, qui contra tonare ausus fuerat, paulo ante fulmine præcipitavit, & ut petulantissimus quisque esset, etiam nunc. A poetis autem & Titanum victor, & Gigantum intersector carminibus celebratur, quemadmodum & apud Homerum. *Tri.* Tu quidem Critia, omnia ea percurristi, quæ Jovi tribuuntur: sed tibi ingratum non est, auscultata. An non Cygnus ille fuit, & Satyrus ob petulantiam, immo & Taurus? Ac nisi cortillium istud celeriter in humeros sustulisset, & per pelagus effugisset, fortassis araret etiam nunc, ubi in agricolam alique forte incidisset iste tuus tonitrua faciens, & fulmina præcans Jupiter, & pro eo, quod nunc fulmina particulari dicitur, stimulo impelleretur. Illud tamen, quod cum Æthiopiis convivatur, hominibus nigricantibus, & vultum obscuratis, & in duodecimo quoque solem ab illis non discedit sed apud ipsos vino demactatus desidet, idque eum barbaram tantam habeat, an non quæzudo perinde dignum fuerit? Quod autem ad aequilam attinet, & ad Idam, & quod impregnari per totum corpus solet, etiam dicere erubescit. *Cri.* Quid igitur, cum Apollinem dejerabimus, ut qui vates optimus sit, & medicus, o bone. *Tri.* Vanum, atque mendacem istum vaticinatorem dicitis? qui Cræcum paulo ante perdidit, & post ipsum, etiam Salaminius, aliofque innumeros, obliqua, atque ambigua omnibus illis respondendo. *Cri.* Neptunum autem quid? qui et tridentem manu tenens, & in bellis immensum, atque terribile quiddam clamat, quantum alii viri mille, aut etiam decies mille: præterea & terra tremefactor, o Triephou appellatur. *Tri.* Adulterum justum dicitis, qui Salmoeni filiam Tyro, paulo ante vivavit, & adhuc etiam mœchatur, libertatorque, & patronus hujusmodi vitorum est. Nam Martem cum vinculis premeretur, & Nodis insolubilibus cum Venere arctaretur, ceteris diis omnibus præ pudore silentibus, equestris iste Neptunus exsolvit, in lacrymas profusus scilicet, perinde ut pueruli magistros fordidantes, aut quemadmodum ancule, pellas discipulorum. Instabat autem precibus Vulcanus, ut solveret Martem. Ac claudicans iste Deus, misertus dei senioris, & vetustii, liberavit Martem: quare & mœchus est, ut qui mœchos conservet. *Cri.* Quid igitur Mercurium? *Triep.* Apagæ mihi veteratorem istum, improbum, Jovis libidiniosissimum. *D.* sim fersum, ipsum quoque libidine insanientem in adulteria. *Cri.* Proinde neque Martem, aut Venere recepturum esse te scio, ut qui jam antea abs te calumniis impediti fuerint. Quapropter missos & hos faciamus. Minervæ autem adhuc mentionem faciam, virginis videlicet armata, & terribilis deæ, quæ & Gorgonis caput pectori applicatum habet, deam, Gigantum interfectricem. Non enim opinor habes, quod de ipsa dicas. *Triep.* At dicam tibi etiam de ista, si mihi respondere voles. *Cri.* Dic, qui quid volueris. *Tri.* Dic mihi igitur, Critia, quæ Gorgonis hujus utilitas est? & cur pectori gestatam hoc dea applicatum habet? *Cri.* Uti terribile quoddam spectaculum, & quod mala avertere possit. Sed & hortes perterrefacit, & victoriam utroque inclinantem, quocumque ipsa vult, advertit. *Tri.* Nam ob hoc ipsa quoque Glaucoptis insuperabilis est? *Cri.* Atque admodum. *Tri.* Cur igitur non illis potius, qui servare possunt, quam qui servantur, femora adolemus tauro-rum, quæ caprarum, ut nos quoque insuperabiles reddant, perinde atque Minervam? *Cri.* Atqui non potest illa imminus auxiliari, perinde ut diis, sed solum si quis ipsam gestat. *Tri.* Et

Nescimus enim, quo patre sis natus: sed ut tua mater meretricem agebat, & ut fratrem occidisti, mæcharis, & adolecentes corruptis gulosissime, & impudèntissime. At ne arrepta fuga prius didiceras, quam à me plagas acceptis. Nam te quovis scelerate condemnatum, jam hæc testa frangam. *Jup.* Alter, o Dii ridens ardet: alter sequitur affatim ingendo convicia, Damidè debentem non ferens, & videtur ipse testam in caput impacturus. Verum nos in hoc negotio, quid faciemus? *Merc.* Illud mihi rectè dixisse videtur. Comicus.

Nihil passus es mali, si tibi non attribuas.
Etenim quam ingens est malum, si pauci homines in hæc sententiam adducti abeunt? Sunt enim multi, & plures, quam Graeci, qui in contrariam eunt, vulgus, plebs, barbarique omnes. *Jup.* At, o Mercuri, præclarum est illud, quod de Zopyro dixit Darius. Quare & ipse mallem, unum hujusmodi, qualis est Dami, auxiliatorem habere, quam sexcentis Babylonibus imperare. *Titulo Jovis Tragœdi.*
Lucianus: Ita me amet caelestis Jupit, ut nihil tale in te fiet. *Tri.* Amplius poterat terreficisti me, cum Jovem dejerasti, quid enim ille etiam ulcisci, etiam si fidem jurjurandi transgrediaris? Arbitror enim, neque de Jove isto tuo ignorare. *Cri.* Quid ais? an non poterit Jupiter in tartarum præcipitare me! An ignoras, quod deos omnes deiecit à divino illo ætheris pavimento? & Salmoenem, qui contra tonare ausus fuerat, paulo ante fulmine præcipitavit, & ut petulantissimus quisque esset, etiam nunc. A poetis autem & Titanum victor, & Gigantum intersector carminibus celebratur, quemadmodum & apud Homerum. *Tri.* Tu quidem Critia, omnia ea percurristi, quæ Jovi tribuuntur: sed tibi ingratum non est, auscultata. An non Cygnus ille fuit, & Satyrus ob petulantiam, immo & Taurus? Ac nisi cortillium istud celeriter in humeros sustulisset, & per pelagus effugisset, fortassis araret etiam nunc, ubi in agricolam alique forte incidisset iste tuus tonitrua faciens, & fulmina præcans Jupiter, & pro eo, quod nunc fulmina particulari dicitur, stimulo impelleretur. Illud tamen, quod cum Æthiopiis convivatur, hominibus nigricantibus, & vultum obscuratis, & in duodecimo quoque solem ab illis non discedit sed apud ipsos vino demactatus desidet, idque eum barbaram tantam habeat, an non quæzudo perinde dignum fuerit? Quod autem ad aequilam attinet, & ad Idam, & quod impregnari per totum corpus solet, etiam dicere erubescit. *Cri.* Quid igitur, cum Apollinem dejerabimus, ut qui vates optimus sit, & medicus, o bone. *Tri.* Vanum, atque mendacem istum vaticinatorem dicitis? qui Cræcum paulo ante perdidit, & post ipsum, etiam Salaminius, aliofque innumeros, obliqua, atque ambigua omnibus illis respondendo. *Cri.* Neptunum autem quid? qui et tridentem manu tenens, & in bellis immensum, atque terribile quiddam clamat, quantum alii viri mille, aut etiam decies mille: præterea & terra tremefactor, o Triephou appellatur. *Tri.* Adulterum justum dicitis, qui Salmoeni filiam Tyro, paulo ante vivavit, & adhuc etiam mœchatur, libertatorque, & patronus hujusmodi vitorum est. Nam Martem cum vinculis premeretur, & Nodis insolubilibus cum Venere arctaretur, ceteris diis omnibus præ pudore silentibus, equestris iste Neptunus exsolvit, in lacrymas profusus scilicet, perinde ut pueruli magistros fordidantes, aut quemadmodum ancule, pellas discipulorum. Instabat autem precibus Vulcanus, ut solveret Martem. Ac claudicans iste Deus, misertus dei senioris, & vetustii, liberavit Martem: quare & mœchus est, ut qui mœchos conservet. *Cri.* Quid igitur Mercurium? *Triep.* Apagæ mihi veteratorem istum, improbum, Jovis libidiniosissimum. *D.* sim fersum, ipsum quoque libidine insanientem in adulteria. *Cri.* Proinde neque Martem, aut Venere recepturum esse te scio, ut qui jam antea abs te calumniis impediti fuerint. Quapropter missos & hos faciamus. Minervæ autem adhuc mentionem faciam, virginis videlicet armata, & terribilis deæ, quæ & Gorgonis caput pectori applicatum habet, deam, Gigantum interfectricem. Non enim opinor habes, quod de ipsa dicas. *Triep.* At dicam tibi etiam de ista, si mihi respondere voles. *Cri.* Dic, qui quid volueris. *Tri.* Dic mihi igitur, Critia, quæ Gorgonis hujus utilitas est? & cur pectori gestatam hoc dea applicatum habet? *Cri.* Uti terribile quoddam spectaculum, & quod mala avertere possit. Sed & hortes perterrefacit, & victoriam utroque inclinantem, quocumque ipsa vult, advertit. *Tri.* Nam ob hoc ipsa quoque Glaucoptis insuperabilis est? *Cri.* Atque admodum. *Tri.* Cur igitur non illis potius, qui servare possunt, quam qui servantur, femora adolemus tauro-rum, quæ caprarum, ut nos quoque insuperabiles reddant, perinde atque Minervam? *Cri.* Atqui non potest illa imminus auxiliari, perinde ut diis, sed solum si quis ipsam gestat. *Tri.* Et

quidam hoc ipsum est? Volo enim ex te scire, uti qui inveneris talia, & quam maxime perfecte affectus sis. Ignoro enim omnia, quæ de ipsa feruntur, præterquam nomen. *Cri.* Ipsa quidem puella fuit, elegans, & amabilis. Peritus autem, cum huic dolo caput amputasset, vir generosus, & in arte magica laudatus, carminibus illam incantasset, in monumentum diti ipsam retinuerunt. *Tri.* Hoc præclarum olim me latuit, quod diti hominum quoque indigent. Quæ autem viventes utilitas fuit? meretricabatur nimirum per cauponas, aut latenter vitabatur, deinde se ipsam virginem appellabat. *Cri.* Non per ignotum Deum Athenis, sed virgo permansit, usque ad decollationem. *Tri.* Ergo si quis virgini caput amputaverit, terreticulum hoc ipsum erit multitudini? Novi enim immensas membratim, & per partes dissectas insula in circumflua, Crætam illam nomine dicunt. Quod si igitur cognovissem hoc, o optime Critia, quam multas tibi Gorgonas ex Cræta hæc attulissem, teque ducenti insuperabilem reddidissem. Poetæ autem, & oratores multo me Perfeco anteposuerunt, ut qui plures Gorgonas invenissem. Verum res Crætesium, adhuc memini, qui mihi sepulchrum Jovis tui istius demonstrabant, & occultas valles, quæ matrem ejus nutrierant, quamquam adhuc viridia ipsa ea arbuta essent. *Cri.* At nescias incantationem, & sacrificia quibus utendum fuisse. *Tri.* Si hæc, o Critia, per incantationes facta sunt, fortassis etiam ab inferis excitasset illam, & lucem dulcissimam reduxisset. Sed nugæ ista, ac ludicia, & fabulæ sunt à poetis prodigiosè conficta. Quapropter & hæc omittit. *Cri.* Junonem autem, uxorem Jovis, & fororem eandem, an non recipis? *Tri.* Tace obsecro, propter intemperatissimum concubitum, & istam ex manibus, pedibusque extentam, cursu prætervehe. *Cri.* Quemnam igitur tibi iurabo? *Tri.* Deum alte regnantem, magnum ætherem, atque æternum, filium patris, ipsitum ex patre procedentem, unum ex tribus, & ex uno tria. Hæc tu Jovem puta, nunc existima Deum. *Titulo Phœtriaris.*

Deuteronomium.

QUID. ET ILLIUS CAUSA, USUS, AC PRÆCEPTUM.

Deuteronomium in sua generalitate idem est, quod per tota quædam concio, & in particulari sumitur, pro quinto libro Moyses, quo reputantur omnia illa, quæ tribus prioribus, nempe Exodo Numeris, & Levitico fuerant conscripta, quæ repetitio facta est à Moysè, anno xi. ab egressu Israël ex Ægypto, paulo ante, quam transierant conscripta. Cuius causa erat, quod seniores, qui primam legem ante annum xxxviii. in Sina latam viderant, ob murmur exploratorum Num. 14. mortuerant, & populus præsens legem eam promulgari non audivisset. Secundo, quia Moyses jam moriturus legem populo, quem diligebat, ceu ultimum mandat un commendare, ut tenacius in hæretet, voluerit.

U S U S.

Justit autem Moyses, ut Reges eligendi deferbant sibi Deuteronomium, & legant illud omnibus diebus vitæ suæ, cap. 17. Deut. vers. 18. nempe, ut memores sint illorum, quæ ibidem habentur, & discant, inquit, timere Dominum. Quia hunc Dei timorem Deuteronomium præ aliis libris docebat, quod contineret serventem, & continuam Moyses concionem, Hebræos ad Dei cultum excitantem. Peccarunt in eo Jeroboam, Basa, Jehu, alique Principes, & Reges Israël, qui regnum, quod à H Deo acceperant, amiserunt ob neglectam religionem, nec ultra tertium, aut quartum hæredem Imperium propagarunt. Aliter David, Josaphat, Ezechias, Josias, quorum pietate libri Regum latè prosequuntur.

HELLAS in angulo abjectum inveniens Deuteronomium, attulit illud ad Josiam, qui magna religione illud suscepit, adimplevit, & legit, ac Hebræorum Republicam restituit, ut patet 4. Reg. c. 22. seqq.

Refer huc exempla pleraque ex Tit. de Religione, Imperio, 19c.

Justit quoque Moyses Deuteronomium populo proponi quolibet septennio, & illum coram tota multitudine, etiam parvulorum, promulgari, ut ita à tenbris instruerentur. Prima enim impressio est fortissima. Denique voluit lapidibus insculpi totum Deuteronomium, ne unquam elaberetur ex memoria eorum, ut constat cap. 27. & recipia id fecit Josue cap. 8. v. 33.